



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

21. Monasteria, & Prioratus prouideantur de personis regularibus, qui
vitam monasticam, & regularem obseruari faciant, & habitam suspicere
cogantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

ceteris omnibus prefatorum Ordinum priuilegia, & facultates, quæ ipsorum personas, loca & iura concer-
nunt, firma sunt, & illæsa.

^{1.} **A**bbates, Priors, aliosque Regularium Præfectorum visitandi ius habere monasteria, aliaque sibi subiecta loca, per hunc text. resoluunt Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 12. cap. 18. versic. sexto, & p. 2. lib. 3. cap. 40. queſt. 9.* Ego ipſe in collect. ad cap. ultim. numer. 3. de statu Monach.

^{a.} Episcopis non subiecti.] An Episcopi possint visitare 2. Ecclesiæ Ordinum Militarium, exigendo rationem à Recktoribus, & ab economis, visitando Confratras? Negat Fr. Emman. q. regul. tom. 1. q. 36. art. 3.

^{b.} In ceteris omnibus prefatorum Ordinum priuilegia, &c.] Vide Fr. Emman. a. tom. 1. q. 17. art. 9.

Monasteria, & Prioratus prouideantur de personis Regularibus qui vitam monasticam,
& Regularem obseruari faciant, & habitum fuscipere cogantur.

C A P V T X X I .

^{1.} Regulares vnius Ordinis, vel habitus non possunt
eligi in Prælatos alterius Ordinis, vel habi-
tus.

^{2.} Reges Hispaniæ vigore induiti Adriani VI. non pos-
sunt præsentare ad præfecturas Regulares perfo-
nas seculares, nec Regulares alterius Ordinis.

^{3.} Verba hæc sunt consultiua.

4. Commendatarij Abbatarum, seu monasteriorū, quæ
capita sunt Ordinum, tenentur intra sex menses
Religionem illorum Ordinum solemniter proficeri.

5. Rex Hispaniæ est administrator Ordinum Milita-
rium, & non Magister.

^{a.} Concil. Lü-
teranens sub
Leone 10.
scilicet, in Bul-
la de refor-
mat. curia.

^{b.} Supra scilicet,
34 cap. 17.

Cum pleraque monasteria, ^a etiam Abbatia, Prioratus, & Præposituræ ex mala eorum, quibus
commisso fuerunt, administratione non leui paſta fuerint tam in spiritualibus, quam in tempo-
ralibus detrimenta, cupit sancta Synodus ea ad congruam monastice vita disciplinam omnino
renuocare, verum adeò dura, difficultisque est præsentium temporum conditio, ut nec statum omnibus, nec
commune ubique, quod optaret, remedium possit adhiberi, vt tamen nihil prætermittat, vnde prædictis
salubriter aliquando prouideri possit, primum quidem confidit, Sanctissimum Romanum Pontificem
pro sua pietate, & prudentia curatur, quantum hec tempora ferre posse viderit, vt in ijs, quæ nunc com-
mendata reperiuntur, & quo suos conuentus habent, regulares personæ, eiusdem Ordinis expresse pro-
fessa, & quo gregi præire, & præesse possint, præficiantur. ^{b.} *Que verò in posterum vacabunt non nisi regu-*
laribus spectat virtutis, & sanctitatis conferantur. Quo ad ea verò monasteria, quæ Capita sunt, ac Pri-
*mates Ordinum, siue Abbataria, siue Prioratus filia illorū Capitum nuncupantur, teneantur illi, qui in præ-
senti ea in commendam obtinent, nisi sit eis de regulari successore prouisum, & infra sex menses Religionem
illorum Ordinum propriam solemniter proficeri, aut ijs cedere, alias commendatæ prædictæ ipso iure vaca-
re censeantur. Ne autem in prædictis omnibus, & singulis aliqua adhiberi posset, mandat sancta Sy-*
*nodus, vt in prouisionibus dictorum monasteriorum qualitas singulorum nominatum exprimatur, aliter
que facta prouisio surreptitia esse censeatur, nullaque subseqüenti poſſeſſione, etiam triennali, adiuetur.*

^{1.} **R**egulares vnius Ordinis, vel habitus non posse eligi
in Prælatos alterius Ordinis, vel habitus, per Clem.
1. de elec. docent. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. *Abbatia-*
fa. vers ad quartum, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 8. num. 78.
*Azor. instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 13. q. 11. Fr. Ludou. Mirá-
da in man. Prælat. tom. 2. q. 23. art. 11. conclus. 4. Soar. de Relig.
tom. 4. tract. 3. lib. 2. o. 3. nu. 11. Fr. Sigism. à Bononia de elec.
dub. 60. nu. 4. lul. Lauor. variar. lucubrat. item. 1. tit. 4. cap. 16.
nu. 1. 27. Hieron. Roder. in compend. q. regul. resol. 1. 23. nu. 81.
Paul. Layman. canon. q. de prælat. ecclesiast. elect. q. 192. resp. 1.
Ascan. Tambur. de iure Abbati. 10. 1. disp. 5. q. 11. Fr. Emman.
q. regul. tom. 1. q. 52. art. 8. vbi exprefſe tenet extraneos, id
est, alterius Religionis alumnos nō posse assumi ad pre-
lationes illius Religionis, vbi non sunt professi nisi id au-
toritate Apostolica non concedatur, vel cœludetur in-
troducitur sit, vt ex certo alio gremio eligendus assimilatur.*

^{2.} Vide Nauart. commento 3. de Regularib. in priu. nro. 2.
& Fr. Emman. d. tom. 2. q. 123. art. 4. afferunt Reges His-
paniæ, quibus Adrianus VI. indulxit ius præsentandi in
suis Regni Abbatibus, & alios Prælatos collegiarum,
& Regularium, saltem Consistorialium, non potuisse

præfentare, ante, & multo minus post Concil. Trid. ad
præfecturas Regulares personas seculares, nec Regula-
res alterius Ordinis, reiſt Nicol. Garc. de benef. p. 7. c. 10.
num. 14.

^{3.} *Que verò in posterum, &c.] Hæc verba esse consultiua,*
docent Flamin. Paris. de regisnat. benefic. lib. 4. q. 5. numer. 2.
Stephan. Gratian. diſcept forens. cap. 123. num. 12.

^{4.} *Infra sex menses Religionem, &c.] Habentes, seu obti-
nentes in commendam monasteria, quæ capita sunt, ac
primates Ordinum, siue Abbataria, aut Prioratus, tene-
ntur in sex menses Religionem illorum Ordinum solem-
niter proficeri, ac prouide hunc casum excipi à genera-
li lege tradita supr. hæc ead. scilicet. c. 15. De profecſione non
emittenda ante integrum nouitiatum annum, tradunt
Cordub. in summ. q. 36. Henric. in summ. lib. 13. cap. 40. §. 2.
in commenſo ltr. O. Fr. Emman. in summ. tom. 2. cap. 6. num. 10.
Sanc. in praecpta Decalogi. tom. 2. lib. 5. cap. 4. nu. 15. Gonzal.
ad reg. 8. Cancell. gloss. 8. n. 88. Et quod Rex Hispaniæ sit ad-
ministrator Ordinum Militarium, & non Magister, ac
prouide non faciat profecſionem, obliuerat Fr. Emman.
d. tom. 2. q. 122. art. 3.*

Decreta Concilij de Regularibus, & Monialibus obſeruantur in omnibus cœnobij, monaſte-
rijs, & collegijs quorumcunque Regularium, tam virorum, quam mulierum, non obſtant
quibuscunque priuilegijs, & cura incumbit Episcopis, & alijs Prælatis, & superioribus,
vt in text.

C A P V T X X I I .

^{1.} Doctores de materia cap. agentes.

^{2.} Clausuræ precepto tenentur Moniales illorū monaſte-

riorū, quibus ante Concil. nūquam admissa fuerat.

^{3.} Moniales conuerſe, & tertiarie professe ad eandem
tenentur